



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Achates Tiberianus, Sive Gemma Cæsarea, Antiquitate,
Argumento, Arte, Historiâ, prorsùs incomparabilis, Et cui
parem in Orbe Terrarum, non est reperire, D. Augusti
Apotheosin, Imp. Cæs. Tiberii, ...**

Le Roy, Jacques

Amstelædami, 1683

Augustissimo Cæsari, Leopoldo Austriaco, Romanorum Imperatori, Principi
Clementissimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38368



AUGUSTISSIMO
CÆSARI,
LEOPOLDO
AUSTRIACO,
ROMANORUM
IMPERATORI,
PRINCIPI CLEMENTISSIMO.

E Leganter olim Crispus
Passienus, Orator Ro-
manus, ad Augustum
Cæsarem dixit; Qui
ad te audet scribe-
re, Cæsar, magnitudinem tuam
ignorat; Qui non audet, huma-
nitatem. Hæc ego fîsus, mitto, ad
sacræ Cæsaræ Majestatis tuæ pedes,
Monile Cæsareum, Augustorum

* 3 tam

tam Romanorum , quàm Byzantinorum Cæsarum , Regumque Cypriorum , & deindè Francorum manibus tractatum. Gemmam dico , imò , Historiam Augustam. Apotheosin Augusti , Tiberianam Aulam , nobilissimam historiæ Romanæ partem GEMMA hæc , seu picturata tabula & Gemmeus Liber complectitur ; Sed quia non probè ab Interpretibus hætenus intellectus , novâ interpretatione , ex priscis numismatibus & scriptoribus dilucidare conatus sum. Hunc qualemcumque laborem meum , Sacræ Majestati vestræ ad genua submissus , præsentō ; & , licet admirandus hic Achates , qui hisce meis lucubrationibus argumento fuit , hodie in Cæsareo gazophylacio non asservetur , nihilominus , jure optimo , Augustum Cæsaris nomen appellandum existi-
ma-

*mavit : siquidem totus ferè ejus sensus
ad dignitatem Cæsaream Cæsarum-
que historiam referendus : meritoque
reddimus, QUÆ SUNT CÆSARIS,
CÆSARI.*

Sacra Cæsareæ Majestatis vestrae

Humillimus & obsequentissimus Clienſ

JACOBUS LE ROY,

Liber Baro S. R. I.

LE-